Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



mundi tartarta confracta sunt claustra inferni aperta
est nobis ianua reg ni Vers. O crux
fidelis inter omnes arbor una nobilis nulla silua
talem profert fronde florem germine. Dulce lignum
dulces clauos dulce pondus sustinet V. Pange lin
gua gloriosi prelium certaminis & super crucis tropheum
dic triumphum nobilem qualiter redemptor orbis
immolatus uicerit. V. De parentis protoplasti fraude
factor condolens quando pomi noxialis morsu inmor
tem corruit ipse lignum tunc notauit dampna ligni
ut solueret. V. Hoc opus nostre salutis ordo depopo
scerat multiformis proditoris ars ut artem falleret &
medelam ferret inde hostis unde lesserat. V. Quando
uenit ergo sacri plenitudo temporis missus est abarce
patris natus orbis conditor atq; uenitre uirginali caro
factus prodiit. V. Vagit infans inter arta conditus
presepia membra pannis inuoluit virgo mater alligat
& pedes manusq; crura stricta cingit fascia. V. Lustra
sex qui iam pacta tempus implens corporis se uolentre
natus adhoc passioni dedicatus agnus incruce leuatur
immolandus stipite. V. Hic acceto fel arundo sputa
clauus lancea mite corpus perforatur sanguis unda pro
fluit terra pontus astra mundus quo lauantur flu